

Alte Drucke

**EPHEMERIDES || COELESTIVM || MOTVVM || IO. ANTONII
MAGINI || PATAVINI, AD ANNOS XL. || Ab anno Domini
1581. vsque ad annum 1620. secundum Copernici ...**

Magini, Giovanni Antonio

Venetiis, 1582

SACTISSIMO D. N. GREGORIO XIII. PONTIFICI MAX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150787

SANCTISSIMO D. N.

GREGORIO XIII.

PONTIFICI MAX.



VANTVM detrimenti liberalibus disciplinis, & artibus rudes illarum, & imperiti semper attulerint professores (Pater Beatissime) nemo est, qui ex Astrologia, syderumq; scientia humanarum omnium disciplinarum regina, & principe, non facile possit intelligere. Olim etenim potentissimi, ac sapientissimi quiq; Reges, regium prope decus esse, & ornamentum, coelestium, ac diuinarum rerum cognitionem arbitrabantur, seq; tum demum optime Imperij gubernacula tractaturos, & iustos in omnibus, moderatosq; futuros certo sperabant, si quibus legibus praestans illa, aeternaq; natura, coelestes orbes moderatur, penitus agnouissent, eamq; sibi ante oculos imitandam, & iustitiae, pietatis, ceterarumq; virtutum omnium, veluti pigmentis in se ipsis exprimendam proposuissent. Quare tanta coelestium rerum cognoscendarum cupiditate flagrabant, vt non modo ipsi astrorum magnitudinem, numerum, interualla, cursus, & progressionem diligenter notarint, eaq; tanquam hereditario quodam iure ad posteritatem transmiserint, sed etiam caeteros ad sui ipsorum imitationem, diuinarumq; rerum cognitionem, & regia auctoritate, & plurimis donis, & amplissimis pol-

* 2 licita-

licitationibus excitarint : Qua certè in re mihi sapientissi-
mos humani generis progenitores emulati esse videntur,
qui, vt testis est locupletissimus, grauissimus historiæ scri-
ptor Iosephus, cū Dei munere vniuersum terrarum orbē
meritas scelerum poenas daturum cognouissent, ne cum
sceleratis hominibus nobilissima quoque cognitio fide-
rum interiret; Solis & Lunæ, cæterorumq; siderum mo-
tus, & Phænomena in duabus columnis, lateritia altera,
altera vero saxea insculpserunt, vt si mundus igne conflag-
rasset, lateritia, sin aquis obrueretur, saxea seruaretur inco-
lumis, vt deinde cælestium orbium scientiam, & cognitio-
nem omnem doceret posteritatem. Verum posterioribus
temporibus, Pater Beatissime, eò nobilissima disciplina
deuenit, vt ei non solum à Principibus viris, sed ita etiam à
cæteris ferè omnibus nuncius remissus sit, vt hac nostra
tēpestate disciplinarū omnium clarissimum lumen in te-
nebris prorsus delitescat. Quod ex vno illo est fortè profe-
ctum, quòd ingenuis artibus & disciplinis dediti sine vilo
veræ laudis, & scientiæ desiderio, aut auram solum glo-
riæ, & popularem rumorem aucupentur, aut certè vile &
turpe lucrū, & quæstuosas tantummodo facultates con-
fectentur : Accessit etiam humanę dignitatis, & nobilissi-
mæ cuiusq; disciplinæ insensissimorum hostium furor,
qui odio quodā cognitionis, si quid ab imperitis in sub-
ductionibus peccatum est, artis ipsius, & Astrologiæ vi-
tio, & velint, & dicant contigisse, vt hac si fieri possit ra-
tione, nobilissima disciplina ex viribus, & orbe toto pror-
sus exterminetur; neque vident à rerum omnium paren-
te Deo nihil humano generi concessum esse, aut ad volu-
ptatem

ptatem iucundius, aut ad vtilitatem fructuosius, aut ad dignitatem præstantius, aut denique ad nominis amplitudinem illustrius, & ad diuinam vim, sapientiam, prouidentiamq; cognoscendam accommodatius, cum cælum, ac terras principem illum, rectoremq; mundi Deum, tueri & regere, eundemq; nobis omnibus suspiciendum, & admirandum, pulchritudo mundi, ordoq; rerum cœlestium, cogat confiteri. His addo nec ciuitates ipsas, hominumq; cœtus, nec respublicas sine siderum obseruatione, distinctioneq; temporum, quorum Sol, & Luna duces sunt, ac moderatores, vlla posse ratione conseruari. Quod aperte imperitus ille Rex Archelaus ostendit, vt summæ fidei, & auctoritatis viri scriptum, testatumq; reliquerunt, qui ob solis defectum, cuius causam ignorabat, tanto timore, & mœrore correptus est, vt regiam clausit, filium totonderit, iudicia è foro sustulerit, & iurisdictionem penitus intermiserit, quòd vltimum toti terrarum orbi diem adesse arbitraretur. Cognouisti tu etiam Pater Beatissime Astrologiæ necessitatem, ne dum vtilitatem, & dignitatem, cum tot conatibus, tantisq; laboribus hoc anno temporum seriem correxeris, sanctissimèq; Paschatis diem ad veterem Concilij Nicæni rationem reuocaueris. Quòd si summam apud omnes veteres illi sunt immortalitatem nominis consecuti, quòd ordinem, rationemq; temporum distinxissent, Solonem dico, qui Thaletis auxilio & Epactas inuenit, & annum Atheniensibus definiuit: Numam Pompilium, & Iulium Cæsarem Augustum, qui Romæ incredibili cura, & diligentia fastos emendarunt: Theodosium, Iustinianum, ceterosq;

fapientiffimos viros, qui menfibus, & anno aliquid aut
addiderunt, aut ademerunt, quam ipfe gloriam fis confe-
cuturus, non modo apud Deum, cum ex his corporis an-
guftijs liberatus in coelefti illo bonis omnibus circun-
fluente domicilio perpetuo quo perfrueris: Verum etiam
apud ipfos homines, dum vitam, fpiritumq; duces, quem
diuturnum effe & optamus omnes, & fperamus, iam hoc
per te ipfum facile potes intelligere. Hæc eadem cau-
fa me nimis timidum, ac verecundantem mouit, vt
meum hoc Ephemeridum opus non mediocri ftudio, &
diligentia elaboratum, quo hanc motuum doctrinam ab
impoftoribus in maximo difcrimine pofitam, vindicare
conatus fui, tanquam ftudiorum meorum primitias tibi
Chrifti in terris vicem gerenti offerrem, præfertim cum
grauiffimum tuum de anni reftitutione decretum mihi
in his temporum rationibus fubducendis non parum at-
tulerit adiuuenti. Quamobrem Pater Beatiffime am-
plectere, quo foles, hilari vultu, & lætis oculis, hunc meum
qualifcunque eft, laborem, vt opus, quod coeleftium or-
bium, fyderumq; motus complectitur, in lucem prodeat
cius, cui coeli clauces, imperiumq; creditum eft, auguftiffi-
mo, ampliffimoq; nomine infignitum. Vale.

Jo. Antonius Maginus Pat.